

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus r
cum uariis

Spiritus sanctus multiplex dicitur quia multipliciter filiis inspiratur. Conceditur enim ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solacium, ad feroarem. Ad usum uite bonis et malis communia bona habundantissime tribuens; ad miraculum in signis et prodigiis; ad salutem cum in toto corde reuertimur ad Dominum Deum; ad auxilium cum in omni collectatione adiuuat infirmitatem nostram; ad solacium cum testimonium perhibet spiritui nostro quod filii Dei sumus; ad feroarem cum in cordibus perfectorum uehemencius spirans ualidum ignem caritatis accendit ut non solum in spe filiorum Dei, sed eciam in tribulationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes.

Bernardus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

filiis] filii M; in *om.* P V¹ V² L¹ L²; reuertimur] reuertitur L²; Deum] tu *add.* (*del. sub lin.*) C; contumeliam gloriam reputantes] contumelie gloriam reportantes P V¹ V² L¹ L²; ibidem] sermone 3. pentecostes V² L¹ L²